



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

mularet, ex sacerdotali ordine eum remouit. Audierat enim clamantem dicitur *Matt. 17.* uinam legem: Si oculus tuus dexter scanalizat te, abscinde eum & projice abs te.

CAPVT III.

DEinde videns Arrium, amoris iudicarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, cōciliaque propria celebrare, Ecclesiarum p̄sulibus eius blasphemiam suis indicauit literis, & alijs pluribus confacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo usque ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio & diligentia curaret, quæ nostra sunt) peruenit. Sed neque Arrius quiescere passus est. Scripsit enim & ipse concordibus suis. Alterutris ergo scribebāt contra veritatem se armantes ad prælium. Et peius fiebat malum ad contentions incendium per hos qui hæc scripta suscipiebant. Consentientes igitur Alexandro, in eius tomo conscribebant, alij verò contraria faciebant. Vnde omnia erant valde tur-

de tur-

IOAN. SLOT. GEF.

de turbata. Non enim solummodo ecclesie præsules ratiocinationibus inter se certare videbantur, sed etiam populus diuisus erat. Alij namque istis, alij verò consentiebant illis, & in tantum causa venit incendium, vt in publico et in ipsis theatris Christianitati derogaretur. Hi quidem in ipsa Alexandria positi, tanquam iam victores, de superioribus persecutionibus facti, potius armabantur, legationesque mittebant ad prouinciales episcopos, hi verò in altera diuisi partem, illorum simili seditioni communicabant.

CAPVT III.

Quæ contentio quum ad Imperatoris Constantini aulam peruenisset, non mediocriter ea audita laudatissimus permotus est atque indoluit princeps. Et graui in animo concepto mœrore, propriam eam reputauit esse calamitatem. Confestim ergo flammam accensam extinguere, & quàm celerrimè malorum fontem obturare studuit. Verebatur enim quòd nuper admodum religio vigere cœpisset, multos eiusmodi

Nicephorus lib 8.
cap. 12.

DE V
eiusmodi
ductos, in
literis scri
obiurgan
tere poter
tulerint,
inclinatio
quæ nequ
animū ad
sent, silen
dissidere,
te non co
um quipp
putauit, v
sentiam u
Exquisite
quirere, f
si ambig
ctius eas i
in vmbra
cōtention
tirent, co
se q̄ maxi
vrbes ori
co id flag
andriam,